De tota Ecclesia

Mandauit reaptari Parietem a Latere Januæ maioris, tectumque in partibus necessarijs, et extrinsecus expurgari à Sordibus infra quindecim.

Quibus expeditis de more Illmus D. ad Ecclam Parochialem reuersus, Doctrinam, et Cathechismum explicauit.

De Eccla S. Mariæ Pietatis.

Die 6. 9mbris 1720 de mane

Illmus D. associatus à Suis Conuisitatoribus se contulit ad præfatam Ecclam, ibiq. missam celebrauit, et post absolutionem defunctorum uisitauit, et decreuit ut infra

Ecclesia cum Conuentu annexo, olim spectabat ad PP. Augustini, sed quia Conuentus suppressus fuerat tempore stæ. s. mem. Innocentij X. sedente Epo Altini P.P. eiusdem ordinis fuerunt de eo reintegrati sub die 28 Martij 1676, ut ex instro p acta Antonij de Malleano in Sabinis registrato in lib. Ciuitatis fol 207, et in actis fol. 130. sub certis conditionibus, et signanter quod Religio teneretur commorari facere tot Religiosos, quot potuerint substentari ex bonis assignatis à Ciuitate, et à Re Sigismondo Dannone, et Sociis Sti Rosarij, nec non tenerentur celebrare missas iuxta intentionem præfati Rdi Sigismundi, et missas ex iusto mente Benefactorum

Bona autem sunt descripta in altis fol. ...

De SSmo Eucaristiæ Sacto

Asservatur in Altari maiori, et post debitas preces, et Benedictionem Illmus D. mandavit Januam liberij operiri velo serico propè sera., et Clavem inaurari infra mensem.

De Sac. Olejs.

Mand.t mansiuncula interius operiri velo serico, reaptari Januam, et clavem similiter inaurari.

De Sacrario

Mandavit construi ad form., Januam muniri sera, et clave, decenter depingi, et denuò inscribi litteris visibilibus - Sacrarium -

De Altare Maiori.

Tenentur PP. celebrare infras missas nempè

Missas sex quolibet Anno pro Salustio Ponti.

Missas duas quolibet mense pro q. Cesare Delici.

Missas duas similes pro q. Mercurio Setta

Missa una quolibet mense pro q. Felice Alterij,

Missa una quolibet mense pro familia Jannoni

Missa una ut supra pro frè Augustino oblato

Missa una ut supra pro q. Bernardo Ceciliani.

Insuper tenentur celebrare in Ecc.la Parochiali missas

viginti

uiginti duo pro Confraternitate SSmi Rosarij, ut dictu
fuit ut s.a, et de reintegratione Conuentus actu f.t, et
in Visit. Altaris SS. Rosarij, quas Illmus D. mandauit in-
scribi tã in lib. Parochialis, quã in libro huius Eccl.
Viso Altari mandauit Abbati prouideri de Conopeo serico
diuersorum colorum, de noua Petra sacrata, de tela cerata
et stragula, et depingi Crucem in fronte ipsius infra
mensem sub pœnis et doceri de adimplemento.

De Altare S. Monicæ

Erecta est in eo Societ. eiusdem tit., quæ ex deuot.e et eleemo-
sinis celebrare facit Sacru qualibet 4 Dom.ca cuiuslibet
mensis

Viso Altare, quod caret onere missarum, mandauit reaptari pal-
lium, et prouideri de tela cerata, et stragula infra
mensem sub pœnis.

De Alt.e B. Mariæ de Carta

Mandauit reaptari palliu, et Bradellam, depingi Cruce
infra octo, prouideri de tela cerata, et stragula
sub pœnis

De Altare S. Michaelis

Inuenit suspensu, et in eadem suspensione reliquit

De Altare S. Antonij

Mandauit prouideri de duobus alijs Candelabris, reaptari

pallium, de tela cerata, et stragula

De Alt.° S. Andreæ

Suspensioni subiecit donec provideatur de omnibus necessarijs ad celebrationem Missæ.

De Alt.° S. Catherinæ

Suspensioni subiecit donec ut supra

De alijs Altaribus

Pluries suspensa fuerunt, ideoque mand.° demoliri infra mensem.

De Confessionalibus

Mand.° in eis apponi Summarium Bullæ, et Imagines Sacras

De tota Ecclesia

Mandavit muniri fenestras tela, vel vitreis specularibus, reaptari pavimentum, et tectum, præsertim supra Ianuam maiorem, totamque Ecclesiam dealbari infra duos menses sub pœnis.

De Sacristia

Mandavit reaptari armarium, in quo conservantur sacra indumenta, et planetam nigri coloris, alia vero diversorum colorum suspensioni subiecit, assignavit terminum unius mensis ad inaurandum calicem cum Patena, quo elapso suspensioni subiecit. Missale mortuorum renovari, et in Missali Sanctorum apponi novum Canonem decrevit, et Cartam præparationis apponi infra tres menses sub pœnis.

De Conventu

Indiget

Indiget reaptatione, et in eo commorantes invenit solummodo duos fres, nempè

P. Antonius Biusecchi Prior nuncupatus ętatis annorum 38 cui quem mandauit reddi rationem suę administrationis, et

Frem Joseph Falconi Laicum Profess. annorum...

De Eccla Rurali S. Jois Bapte

Est de Iuribus Eccle Parochialis

De Altare Maiori

Celebratur in eo solemniter in festo S. Titul., nempè festum Natiuitatis, et Decollationis ex obligat.ne Parocorum, et sac. suppellectiles conseruantur in Eccla Paroch.

Viso Altari mand.o prouideri de tela cerata, et stragula infra mensem sub pęnis

De Alte SSmi Crucifixi

Caret onere missarum, celebratur tn quandoque ex deuot.e

Eo inspecto mand.o apponi in Cruce Imaginē Crucifixi, et prouideri de tela cerata ut supra

De Alte SSmi Saluatoris

Inuenit, et reliquit suspensum

De tota Eccla

Mandauit reaptari tectum, et Ianuā expurgari à sordibus intus, et foris à uespris, Campanę apponi funem

De Eccla Rurali S. Fran.ci